Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ea. Sacerdotes autem et levite filii sa
doch qui custodierunt ceremonias
sanctuarii mei cum errarent filii
mei israel a me. Ipsi accedent ad me
ut ministrent mihi et stabunt in
conspectu meo ut offerant mihi a
dipem et sanguinem ait dominus
deus. Ipsi ingredientur sanctuarium
meum et ipsi accedent ad mensam
meam ut ministrent mihi et custo
diant ceremonias meas. Cumque in
gredientur portas atrii interioris
vestibus lineis induentur nec aste
det super eos quidquam laneum qui
ministrant in porta atrii interioris
et intrinsecus vestes linee erunt i
capitibus eorum et feminalia line
erunt in lumbis eorum et non acci
gentur in sudore. Cumque egredien
tur atrium exterius ad populum
exuent se vestimentis suis in quib
ministraverunt et reponent ea
in gazophilacio sanctuarii et vesti
ent se vestimentis aliis et non sanc
tificabunt populum in vestibus
suis. Caput autem suum non radet
neque comam nutrient sed conden
tes attondebunt capita sua et vi
num non bibet omnis sacerdos qui
ingressus est atrium interius et
viduam et repudiatam non accipiet
uxores sed virginem de semine do
mus israel. Sed et viduam que fuit
vidua a sacerdote accipient et pop
ulum meum docebunt quid sit in
ter sanctum et pollutum et inter
mundum et immundum judicent

eis. Et cum fuerint controversia
stabunt in judiciis meis et judica
bunt leges meas et precepta mea
in omnibus solemnitatibus mei
custodient et sabbata mea sanctifi
cabunt. Et ad mortuum hominem
non ingredientur ne polluantur
nisi ad patrem et matrem et filium
et filiam et fratrem et sororem que
alterum virum non habuit in hiis
contaminabuntur. Et postquam fuerit
emundatus septem dies enumera
buntur ei et in die introitus sui
ad sanctuarium ad atrium interius
ut ministret mihi in sanctuario
meo offeret pro peccato suo ait do
minus deus. Non erit autem eis
hereditas ego autem hereditas eorum
et possessionem non eis dabitis in israel
ego enim possessio eorum. Victima
et pro peccato et pro delicto ipsi come
dent et omne votum in israel ipsorum
erit. Et primitiva uberum omnium
dabitis sacerdoti ut reponat bene
dictionem domui tua. Omne mor
tuum et captum a bestia de avi
bus et pecoribus non comedent sa
cerdotes.

Cumque ceperitis terram
dividere sorte separe
primitias domino sanc
tificii de terra longitudinem xxx
milia et latitudinem x milia sanc
tificatum erit in omni tempore
terminus eius per circuitum. Et
erit ex parte sanctificatum quin
gentos per quingentos quadratos